

*Noah* verò ebrietate lapsus, ex factis moribusque filiorum sortem futuram singulis prænunciat, ac nepotem *Canaanem* maledictione ferit.

Анно  
М.

*Sem* in sua familia retinuit ac propagavit decus Ecclesiæ. 1559.

*Arphaxad.*

*Sale.*

1659.

1694.

*Heber*, à quo *Hebræi* dicti sunt, omnium Patriarcharum, qui post diluvium nati sunt diutissimè vixit, annos 469. 1724.

*Peleg* à divisione terræ, quæ incidit in natalem ipsius, nomen accipit. Illo tempore impii, *Nimrodo* duce, ædificabant *turrim Babyloniam* contra dispersionis periculum. Sed linguis divinitus confusis, cœptis desistere coacti sunt. 1758.

*Regu.*

1788.

*Serug.*

1820.

*Nahor.*

1850.

*Thara.*

1879.

*Abraham* natus est in *Urr*, seu *Orcha*, urbe Chaldæorum, ibique diu vixit cum Sara uxore: jubente autem Deo, inde *Carras* Mesopotamiæ, ac porrò in *Cananæam*, amplissimis exitûs promissionibus commigravit: sed urgente fame mox descendit in *Ægyptum*. Hinc reversus, à *Lotho* nepote se separavit, quòd eadem regio pecori utriusque non sufficeret. *Loth* Sodomæ larem fixit, Abraham Deo fretus incerta sede errat: nec multò post à *Regibus Orientis* captum *Lothum* armis liberat, ac Deum victoriæ au-

A 3

thorem